



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Hermes Theologicvs, Id est Synopsis totius Theologiæ,  
perspicuè, doctè, subtiliter, ac breviter discussa**

Et In octo Partes ... distincta ...

De Poenitentia Et Reliqvis Sacramentis

**Vindalium, 1646**

Sect. III. An debeat esse formalis, & efficax.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38867**

DE POENITENTIA. CAP. III. 19  
speciali turpitudine adulterij, non se ex-  
tendit, etiam virtualiter ad peccatum  
furti: quoniam fieri potest ut quis de-  
testetur adulterium, ratione specialis  
fœditatis quam secum trahit, & tamen  
ad furtum affectus sit. Quare qui omit-  
tit aliquid peccatum mortale in con-  
fessione, ut sacramentum valeat, debet  
detestari peccata quæ confitetur, ex mo-  
tivo aliquo generali, quod saltem virtua-  
liter se extendat ad peccata etiam pre-  
termissa.

---

### SECTIO III.

*An debet esse formalis & efficax?*

### CONCLUSIO.

**V**T hoc sacramentum valeat, ne-  
cessaria est contritio seu attritio  
formalis, eaque efficax, seu con-  
iustum habens propositum non peccandi  
de cætero.) Prior pars probatur, quia  
Concilia expressè docent contritionem,  
confessionem, & satisfactionem esse par-  
tes huius sacramenti, atqui actus virtua-  
liter continens contritionem, non solet  
appellari contritio; Ergo id de formali  
contritione accipiendum est: alias dici

posset sufficere confessionem virtualem,  
quod falsum est.

Accedit ratio: nam ille dolor necessarius est ad valorem sacramenti, qui requiritur ad effectum illius; at non potest quis peccatorum suorum memor, qualis ille est qui ea confitetur, iustificari sine dolore formaliter: ergo neque hoc sacramentum sine tali dolore validum est. Maior tum ex dictis, tum ex dicendis satis intelligi potest. Minor suaderetur: nam si quis actus praeter dolorem formalem, sufficit ad iustificationem peccatoris, ille sine dubio est actus amoris Dei super omnia, at qui memor suorum peccatorum non potest elicere aetum amoris Dei super omnia, quin statim quadam veluti necessitate inductus, formaliter peccata sua detestetur; quia actus ille cum sit perfecta ad Deum conuersio, eminenter continet formalem auersionem a peccato, & cum efficax sit, statim atque peccatum memorie occurrit, voluntatem inclinat ad illud derastandum; sicut efficax intentio finis mouet illam, ad media necessaria eligenda.

Et sane credi vix potest, eum diligere Deum super omnia, qui actu cogitans se cum grauiter offendisse, non illicet mouetur actu aliquo formaliter ad delendam.

DE PONITENTIA. CAP. III. 21

quantum fieri potest, eiusmodi offendit:  
amor enim si verus est, & efficax, ut hic  
supponitur, sine mora mouet voluntatem  
ad destruendum id quod rei amatæ dis-  
plicet, eiusque amicitiam dissoluit. Hinc  
ergo evidens relinquitur, non posse ho-  
minem iustificari in sacramento Pœni-  
tentiaæ, sine dolore aliquo formalí; atque  
adeò talem dolorem esse de essentia hu-  
ius sacramenti.

Posterior pars ostenditur, tum ex Con-  
cilio Trident. sess. 14. cap. 4. tum quia,  
dolor requisitus ad valorem sacramenti  
talis esse debet, ut sufficiat ad illius ef-  
fectum, ut dictum est: at dolor qui non  
habet adiunctum firmum propositum  
vitandi de cætero peccata; sed solam  
velleitatem non est talis ut sufficiat ad  
effectum huius sacramenti, qui in re-  
conciliatione consistit; ergo non suf-  
ficit ad valorem illius. Probarur mi-  
nor, tum quia Concilium Trident.  
sess. 6. cap. 6. inter dispositiones ad  
iustificationem necessarias, numerat pro-  
positum seruandi diuina præcepta, seu  
non peccandi mortaliter: tum quia om-  
nes docent hominem non iustificari, nisi  
priùs ad Deum conuertatur; non dicitur  
autem conuerti per detestationem pec-  
cati præteriti, nisi ea adiunctum habeat;

## 22 TRACTATVS

propositum emendandi vitam; siquidem conuersio propriè est mutatio continens terminum à qao, & ad quem, quorum prior est recessus à malo per detestacionem, posterior verò acceſſus ad bonum, per propositum seruandi legem diuinam, & peccata cauendi; tum denique quia hoc Deus præcipue intendit in sacramento Pœnitentiæ, ut homo in posterum vitam recte instituat. Quare meritò in iustificatione, ab illo exigit propositum nouæ vitæ.

Obiicies, confessio quæ fit cum velletate non peccandi; habet rationem accusationis dolorosæ; atqui talis accusatio ad valorem sacramenti sufficit. Ergo, &c. Respondeo ad valorem sacramenti non sufficere quamcumque accusationem dolorosam; sed eam tantum quæ tendit ad reconciliationem. Ea autem non verè tendit ad reconciliationem, quæ cum peccandi voluntate, atque adeò cum actuali peccato mortali coniuncta esse potest; cuiusmodi est illa confessio, quæ cum sola velletate non peceandi.